

1528. anno 20. Martij

239

Sigismundo I. Regi Polonia
Petrus Tomicki Epus Cracoviensis;
Post humilem mei et orationum mearum
commendationem, reddita sunt mihi hodie
literae vestrae majestatis, una cum exem-
plo literarum Serenissimi Domini Regis
Ferdinandi ad majestatem vestram scri-
ptarum. Quas cum Diligenter perlegissem,
comperi majestatem vestram non nihil
addubitare, ne forte adhuc interdicti li-
teras prout ex Conventus Decreto Debe-
ram ad praefectos, et alias quosque subdi-
tos vestre majestatis non dimiserim eamque
ob causam dare mihi in mandatis, ut id
nunc demum interveniente Regis Ferdinan-
di querimonia, omni mora procul exequi
curarem, Serenissime Rex pro eo, quia
nunquam in officio meo quicquid ejusmo-
di cum Desiderare passus, nihil attinebat du-
bitare majestatem vestram, etiam in eo
quod nunc in curam receperam Diligentem,
quamque operam me accomodatum ire debe-
re. Namque ita est, simulatque congressus
a Majestate in arcem meam Ilozen veni,
omnia quae sunt in proximo conventu
communiter Decreta et constituta. Cura-
vi Diligenter literis mandare, pluribusque
confectis De more exemplis Cubicularijs
Vestrae majestatis in Diversum ferenda di-
stribui, ubi neque id omisi, quod ad interdi-
ctum

59

Et

interdictum facere externa stipendia pro:
hibens, simulque etiam revocationem
ex Hungaria et subditorum majestatis
Vestrae tempore pervenisse, praeterquam
ad dominum Secygniewski, qui multo an-
te, quam pervenire eum majestatis Vrae
literae potuissent. Ea quae Rex Ferdi:
nandus queritur subditis ejus majestatis
hostilem in modum denuntiaverat. Ce:
terum allata sunt ad me, sub id quoque
tempus literae Reverendi Domini Ele:
cti Premisliensis, magnifici Domini The:
saurarij, et Domini Severini Boner Sa:
lis foeniorum majestatis Vestrae Praefecti,
quibus multa praescripserunt, quae non
sunt à commodis Reipublicae vestrae ma:
jestatis aliena, quae etiam majestatis
Vestrae suis literis nota esse voluerunt.
Quos cum nihil aberrasse à recta via
judicarem probum illorum Consilium,
cum in alijs omnibus, tum maxime in
eo, q, liberos ire dimiserint, ad Majesta:
tem Vestram usque lapidas et cete:
ros bellicorum instrumentorum artifi:
ces a legatis Ducis Moscoviae huc adve:
ctos, siquidem in memoria habeo, id
quod in eorum foederibus, et induijs quas
non fas est violare nominatim contineri
liberum esse utringue per Dominia sub:

ditis



241

subditis alterutrius ultro citroque comme:
are. Verum tamen cum ea res possit ma:
gnam posthac Reipublice afferre De:
trimentum, maxime quod ad Catapulta:
rios, seu tormentarios, et id genus ma:
chinarum fusores attinet, optima ratio:
ne factum esse censeo, Majestatem ve:
stram istius rei esse admonitam, qua Dein:
De pro sua prudentia in his, cum ad se
dicti artifices venerint, poterunt con:
stitueri, quicquid salubre et frugiferum
sibi suaeque Reipublice futurum existi:
mabit. Ego huc adhuc gravitudine corporis
et Distillatione catharali nondum probe
liberatus non sine magno fastidio maneo,
a quibus cum primum contigerit, si Di:
is placet me esse expeditum, Craoviam
recta proficisci Decrevi, ubi quantum
in me erit Diligentem Dabo operam, ut
omnia optimo consilio absente vestra
Majestate Administrentur, quae vel ad
Dignitatem ipsius vel ad reipublice suae
commoda pertinere videbuntur. In:
terim vero me gratia Vestre mase:
statis iterum atque iterum suppli:
citer commendo, quam felicissime
valere cum tota Serenissima prole
sua vehementer opto. Datum Et. D

in Via

Handwritten text in a cursive script, likely a historical document or manuscript. The text is written in a dark ink on aged, yellowish paper. The script is dense and fills most of the page, with some lines appearing to be part of a list or a series of entries. The handwriting is characteristic of the 17th or 18th century. The text is oriented vertically on the page, which is a common format for certain types of historical records or accounts.